



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

Cap. I. De ortu, studiis, ac profectu pueri Ottonis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527



LIBER PRIMVS,

DE VITA ET
OPERIBVS BEATIS-
SIMI OTTONIS BABENBERGEN-
SIS EPISCOPI, ET CONFESSORIS CHRI-
STI, AC POMERANICÆ GENTIS
Apostoli.

*De ortu, studiis ac profectu Otto-
nis pueri.*

CAPVT PRIMVM.

SITVR exprovincia Alemanorum beatissimus Ebbo.
Otto generosa stirpe & parentibus secundum
carnem liberis, ex Sueuia duxit originem: (Nam
summis Principibus sanguine pares erant, sed o-
pibus impares;) patre Ottone, & matre Adelheida nuncupa-
ta: qui ambo simplicitati ac mansuetudini operam dantes, Ortus & fa-
milia S. Otto-
nis.
nulli violentiam aut oppressionem inferebant: quin imò piis
operibus & eleemosynis vacantes Dei nutu ad consolationē Vide Vita ma-
ditam à Doct.
Canisio, lib. 2.
cap. 2.
Ecclesiæ elegantem hunc filium gignere meruerunt. Qui de-
cursa teneriori infantia literis imbutus, vt primùm annos in-
telligibiles attigit, mirum in modum spiritu sapientiæ & in-
tellectus abundare cœpit: sed & morum grauitate, & modesti
habitus nitore cunctis acceptus & honorabilis erat.

Accidit fortè illis diebus, vt germana soror Henrici IV.

V 2 Impe-

Venit in Poloniam.

Imperatoris Iudita nomine in matrimonio iungeretur Boleslao Polonorum Duci, cui ille tanquam fidelissimus adherens Capellanus, Poloniam venit: ibique in breui loquelam gentis addiscens, & praefatae matronae obsequio deditus prudenter se agebat; donec magnus valde & nominatus in illa regione factus est. Sed & nobiles quique & potentes illius terrae, certatim ei filios suos ad erudiendum offerebant. Sicque, Deo cuncta eius opera dirigente, non mediocriter diues esse cepit in possessione auri & argenti. Non enim in ludicris & vanis mundi illecebris opes sapientia & fidelitate sua congregatas expendebat: sed, ut vir prudens & sensatus rem suam seruare nouerat. Domina etiam Iudita, cui familiare contubernium praestabat, frequenter per eum munera varia & magnifica germano suo Imperatori dirigebat; utpote quae nullum fide & moribus inter obsequentes sibi praestantiorum habebat. Cuius legationis officium tanta auctoritate & circumspeditione persoluebat, ut per hoc ipsi etiam rerum Domino mirabilis videretur.

De initiis operum, & hospitali pauperum per beatum Ottonem in ciuitate VVurtzburghensi constructo.

CAPVT SECVNDVM.

Ellen



AEpius autem transitum faciens per VVurtzburghense cenobium, a religioso eiusdem loci Abbate Henrico nomine, ut vir grauioris personae reuerenter suscipiebatur, debitoque humanitatis officio benignè tractabatur. Cuius benevolentiae vir sagacis animi non immemor, audiensque illic magnam vitualium rerum esse penuriam; ut totis misericordiae & charitatis visceribus affluebat, inopiae eorum condoluit. Et quia *charitas operatur magna, si est; si vero operari renuit, charitas non est: ex opibus a Deo sibi concessis, Hospitale ad receptionem peregrino-*

S. Greg.
Herbipoli Hospitali domum
aestruit.

regino-